

MILES ROMANUS

♪ *A Paris sur le petit pont*

Est mihi Paulus cognomen,
 quia sum brevis ac parvus, sed
 manūs aspice et pugnum fuge:
 sum fortis, fortis Paulus!
 Fortior miles nullus est
 in exercitū Romanō.

Fa-milia est exercitus:
 pedites, equites sunt fratres,
 pater unus est dux exercituum,
 cum „Dic! Duc! Fac! Fer!” iubet,
 fortiori nos parēmus,
 quia est baculum ei grave.

Patria in manibus nostris
 atque vita vestra est; cum
 gladiōs, arcūs monstramus eis
 iam metū, metū, metū
 barbari hi hostes fugiunt
 iaciuntque ad terram scuta.

Impetū cum finis est
 petunturque in castris lecti,
 claudio oculos et quos video?
 Marcum, Iuliam et Quintum,
 qui clamant: „O, avuncule!
 Tu nos defendis a malo!”

dic! < dicere
duc! < ducere
fac! < facere
fer! < ferre

malum -i n = id quod malum est